



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 50. Regni Proceres a Rege Turonibus congregati

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. tris sui necem promovit ; nimia enim fa-  
A.C. 1450. cilitate fidem dabat iis, qui illum, eoquod  
 diutius in Anglia hæreret, Henrico Regi  
 in paucis carum accusabant, quod foedere  
 Gallis infesta cum Anglis pepegisset.  
 Potissimi, qui in occisi perniciem conjur-  
 arunt, erant Jacobus de Spinaco primum  
 Macoloviensis, dein Rhedonensis Epif-  
 copus, & Arturus de Montalbano Domi-  
 ni Montalbani frater natus minor. Artu-  
 rus, ut fertur, criminis sui poenitentia  
 ductus, habitum Coelestinorum Lutetiæ  
 Parisiorum suscepit, postea per Ludovi-  
 cum XI. forte in gratiam fratris ejus, qui  
 classi Gallicæ præerat, Archiepiscopus  
 Burdegalensis nominatus.

§. L.

*Regni Proceres a Rege Turonibus  
 congregati.*

**R**ex Galliarum Anglos e Normannia ab-  
 egisse haud contentus erat, sed in-  
 super quicquid reliquum in Aquitannia  
 possidebant, nempe Burdegalam, Bla-  
 viam, Aquas, Fronfacum, Bergeracum,  
 pluresque alias urbes illis continuo e-  
 ripere decrevit. Eam ob rem mense Se-  
 ptembri Turones venit, & Viros nobilitate  
 generis maxime conspicuos in consi-  
 lium vocavit, de Aquitanniæ subigendæ  
 modo deliberaturus. Omnium animis  
 hoc

hoc infedit consilium, præprimis omnia præcavenda, & sollicitè circumspicienda esse, ut Normannia, cujus gubernandi munus Comiti Richemundio Connestabili, & Brezæo Senescallo concreditum erat, integra conservaretur, Pentiverium vero Comitem, & Petrocorium Lemovicensem Vicecomitem in Aquitanniam mittendos, quibus accederent Carolus Culantius, Jalognius Franciæ Marescallus, Pontinus Santrallus Bituricensium Prætor, Godefridus Sanbellinus, Joachimus Rouantius, Petrus Lovaniensis, pluresque alii Proceres, unacum quingentis, vel sexcentis lanceariis, eorumque Saggitariis, quibus in mandatis daretur, ut exactè disciplinam militarem colerent, ac popularium in se invidiâ, odiumque studiose præcaverent.

Sæcul. XV.  
A.C. 1450.

§. LI.

*Regis exercitus in Aquitanniam missus.*

Ergo omnes isti Belliduces, in Aquitanniam tendunt, & expeditionem bellicam ab obsidione Bergeracensis urbis auspiciantur, quæ mense Octobri deditio- nem fecit, ejusque Præfectus Culantius Marescallus nominatus est. Eodem victoriæ cursu Joniacum castrum vi occupatum est, præsidiariis in captivitatem abductis.

T 4

Urbe